



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Sequentes dominum omnia derelinquere debent propter quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTO. 210

Sequentes Dominum, omnia dere-
linquere debent pro-
pter quinque.

Primo, propter Dei consilium.
Matt. Si uis perfectus esse, uade
& uende omnia quæ habes, &
da pauperibus, &c. Secundo propter
dei promissum. Ecce nos reliquimus
omnia, & secuti sumus te, &c. Et
sequitur. Vos qui reliquistis omnia &
secuti estis me, centuplum accipie-
tis, &c. Tertio, ut expeditius post
eum currant. Vnde Bernardus super
illud, Ecce nos reliquimus omnia,
&c. dicit. Recte Petre fecisti, quia cur
rentem non poteras sequi oneratus.
Quarto, ut in eo omnem sufficien-
tiam ostendant quia est ipse omnia in
omnibus. Augustinus. Diues est chri-
stiana religio, quæ in omnium posses-
sore omnia possidet. Bernardus. Non
est inutilis commutatio pro Christo
omnia reliquisse, nam cum eo
donantur omnia. Quinta
ut cum diabolo expe-
ditius pugnant,
quia diabo -
lus nudus
est.

Mat. 19

Mat. 19

Bernar.

1. Co. 15

Augus.

Bernar.